

2. Laxatione fibrarum.

3. Frictione artificiali.

401. Hinc intelligitur, quaenam sit in omnimorbo inflammatorio, interno, externo, illa, semper quaerenda, Resolutio; quae sanatio perfecta; quae sine crisi (386.)

ABSCESSUS.

402. Si, his (395. 396. 397. 398. 399.

400.) frustra, non, aut sero, parasit, inflammatio in suppurationem (387.) vergit, idque per signa, ibi (387.) posita, notescit, indicationes erunt:

1. Crudum ocyus maturare in unum humorē.

2. Idem, ut & vicina, emollire.

3. Ad exteriora ducere.

4. Puri cocto exitum conciliare.

5. Mundare locum.

6. Reliquum instar vulneris percurare.

403. Maturatio fit applicatione horum, quae

1. Motum in pārte augent, fovendo, stimulando, calefaciendo per ea, quae re ipsa, vel & virtute calefaciunt; in toto similia praefstant, excitata febricula.

2. Excitatum motum, & calorem ad eum locum coērcent, impediendo nimiam exhalationem & dissipationem per obturantia

tia glutinosa, lenimen acrimoniae nimiae.

3. Moderando motum totius fluidi vitalis, ejusque temperiem ita, ut nec torpeat, nec excitetur, nimis.

4. Relinquendo locum clausum, donec omnne inflammatum irresolubile suppurationem sit. His enim causis bonum fiet Pus in parte.

404. Nisi materies inflammata sic mutata, cum periculo, & sine profectu, aperitur abscessus.

405. Mollities partis, fluctuatio pressi tumoris, albitudo, remissio doloris, calor, ruboris, tensionis, pulsus, febris, vertex mucronatus tumoris, gravitas dolori succedens, docent pus jam factum, atque exitui aptum esse.

406. Si tum relinquitur diu in loco clauso, attenuatur, acre fit, putrescit, augetur, vicina consumit, erodit, mole, pondere, & motu sinus, fistulasque creat variis locis varias, pessimas in intestino recto. Aut dissipata parte tenuiori, reliquum durescens tumores duros, maxime circa glandulas, creat. Vel denique venis lymphaticis, aut sanguiferis per erosu oscula impressum absorbetur, sanguini miscetur, hunc inquinat, & collectum in visceribus pessimis collectionibus ea corruptit, horum functiones turbat, atque ita infinitos, eosque gravissimos, morbos efficit.

407.

407. Iisdem auxiliis (403.) integumenta loci suppura i inferne & superne emolliuntur, attenuantur, laxantur, ut & vicina.

408. Quin & hac ope (407.) minuta resistentia horum, per auxilia maturantia (403.) pus factum extra pellitur, vel attrahitur foras.

409. Tum modice acria, emollientia, subpungua mixta simul applicentur, ut & mortua tegumenta facilius, & sine dolore aperiri queant.

410. Dein, presso rite pure in assuigent tumorem, parti albissimae, mouissimae, eminentiori, inferiori, intrudatur scalpellum, donec ex euns pus satis penetratum docet at, dein elevetur a quabii sectione sursum lata plaga, aut per oppositam plagam cuspide acta, media integumenta dissecantur, vitatis fibris, vasisque; leniter mox exprimatur, & successive, pus abundans; nec aere, nec turundis, vexetur.

411. Denique curetur mundantibus, suppurantibus, digestivis, balsamicis, deterfivis, exsiccantibus pro re nata, variatis, juxta doctrinam vulnerum. (192. ad 220.)

412. Si inanis metus ferrum repudiat, applicetur causticum parti; (410.) eschara butyro separetur mollita; curatio fiat ut prius. (410.411.)

FI-